



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum modus, & ordo primæ tentationis fuerit conueniens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



furnitur ibi aternū pro diuturno. Hoc autē nō expediebat hoī, ut in miseria hui⁹ vitē diutius pmaneret. AD SEPTIMUM, dicendum, q̄ sicut Aug. dicit 1 r. super Genes. ad literam, \* Verba Dei non tam sunt primis parentib⁹ insultantis, quā ceteros, ne ita su perbian, deterrentis, propter quos ista conscripta sunt, quia scilicet non solum Adam non fuit factus, quod fieri uoluit, sed nec illud quod factus fuerat, conseruauit.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ uestitus necessarius est homini, secundum statum presentis miserie pp duo. Primò quidem, pp defectum ab exterioribus nocementis, puta, intemperati caloris, & frigoris. Secundo, ad tegumentum ignominia, ne turpitudò mēbrorum appareat, in quibus precipuē manifestatur rebellio carnis ad spiritum. Hæc autem duo in primo statu non erant, quia in statu illo corpus hominis nō poterat per aliquod extrinsecum lædi, ut in primo dictum est. \* Nec etiam erat in statu illo aliqua turpitudò in corpore hominis, quæ ad confusionem induceret. Vnde dicitur in Genes. Erat autem uterque nudus, Adam scilicet & uxor eius, & non erubescēbat. Alia autem ratio de cibo est, qui est necessarius ad fomentum caloris naturalis, & ad corporis augmentum.

AD NONVM dicendum, q̄ sicut Aug. dicit 11. sup Genes. ad literam. \* Non est credendum q̄ primi parentes essent producti clausis oculis, precipuē cum de muliere dicitur, q̄ uidit lignum q̄ esset pulchrū, & bonum ad vescēdum. Aperti ergo sunt oculi amborum ad aliquid intendum, & cogitandum, quod antea numquam aduerterant, scilicet ad inuicem cōcupiscendum, quod ante non fuerat.

Lib. 11. c. 39. post mediū, 2o mo 3.

1. parte q. 6. 97. art. 2.

Lib. 11. c. 37. circa princ. 2o mo 3.

Super Questionis 155. Articulum primum.

QVAESTIO CLXV. De Tentatione primorum parentum, in duos articulos diuisa.

IN tota q. 155. de tē tatione primorū pa rentum, hoc solum scribēdum occurrit, q̄ in calce secundi articuli, cum dicitur, q̄ serpens obseruat plantam mulieris, ut si quando in illicita labitur, delectatio illam capiat, nō sic intelligo, ut serpens expectet lapsum mulieris, hoc est, rationis inferioris, & lapsum delectatione capiat: sed q̄ serpens delectationis laqueo mulierem nostrā ex inferiori parte si qñ labitur, hoc est, ad lapsum ex ipsa cōcupiscentia sensuali, & p̄ postea, sicut insurgēte delectatione ducitur, capit detinendo hominem in huiusmodi delectatione sensibilibus, dum inferiora considerat, dum conditiones euenturorū sensibilibus imaginatur, concipit, & per eas discurrit. Ratio siquidem inferior sine sui operis capitur, quia tunc eius delectatio consentium ha

ENDE considerandum est de tē tatione primorum parentum. CIRCA quam quæuntur duo. PRIMÒ, Vtrū fuerit conueniens q̄ a Diabolo homo tentaretur. SECUNDÒ, De modo & ordine illius tentationis.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum fuerit conueniens, ut homo a Diabolo tentaretur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ non fuerit conueniens, ut homo a Diabolo tentaretur. Eadem enim pena finalis debetur peccato Angeli, & peccato hominis, s̄m illud Matthæi 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui parati sunt Diabolo, & Angelis eius: sed peccatū primi Angeli non fuit ex aliqua tentatione exteriori, ergo nec primū peccatum hominis debuit esse ex aliqua exteriori tentatione.

2 Præ. Deus præsciens futurorū, sciebat, q̄ homo per tentationē demonis in peccatū deiceretur: & sic bene sciebat, q̄ non expediebat ei, q̄ tentaretur, ergo videtur, q̄ nec fuerit conueniens,

F quod permetteret eum tentari. 3 Præ. Quod aliquis impugnatorem habeat, ad penam pertinere videtur, sicut & e contrario pertinere videtur ad premium, quod impugnatō subtrahatur, secundum illud Prover. 16. Cum placuerint domino via hominis, intuentur ei omnes uiae eius, & cedere culpam, ergo in obediens fuit ante peccatum tentaretur.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 1. r. ratus non est, qualia seit? RESPON. Dicendum, quod diuina sciebat omnia suauiter, ut dicitur Sapientia 15. scilicet sua providentia singulis attribuit, ut sciat, quod homo per tentationē suam naturam corruptur, nisi. 4. capite de diuini nominis. Primum est naturam corrumpere, sed saluare, & pertinet ad conditionem humane nature creaturis inuari, vel impediri possit. Vniuersus fuit, ut Deus hominem in statu & tentari permetteret per malos Angelos, eum faceret per bonos. Ex specialitate gratie hoc erat ei collatum, ut nulla creatura ei posset nocere contra propriam naturam per quam tē tationi demonis resistit.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod natura humanam est aliqua natura, in qua non est culpa inueniri, non autem in angelicam. Tentare autem inducendum non est nisi iam deprauati per culpam inueniens fuit, ut homo per Angelum tentaretur ad peccandum, sicut etiam fecerat natura per Angelum bonum promouens feciōnem. Angelus autem a suo superioris Deo, in bono perfici potuit, non autem ad inducendum, quia sicut dicitur Jacobi 1. Tentator malorum est.

AD SECVDVM dicendum, quod tentaretur, quod homo per tē tationem in peccatū deiciendus, ita etiam sciebat, quod per tentationem resistere poterat tentatori. Hoc autem probatur conditio natura ipsius, ut per propria naturam linqueretur, secundum illud Eccl. 15. Deus non in manu constituit. Vnde Aug. super Genes. ad literam. \* Non minus uolens gnæ laudis futurum fuisse hominem, si posset bene uerere, quia nemo male uolueret, cum in natura posse, & in potestate non consentire suadenti.

AD TERTIVM dicendum, quod impugnatō cum difficultate resistitur, penalis est. In statu innocentie poterat aliique tentationis resistere: & ideo impugnatōris ei penalis non fuit.

ARTICVLVS II. Vtrum fuerit conueniens modus, & uia peccati.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, q̄ fuerit conueniens modus, & uia peccati tentationis. Sicut enim ordine natura superior hoīe, ita & uir erat p̄fectior muliere, & debuit prouenire a viro in mulierem, & debuit prouenire a viro in mulierem, & non a muliere per uirum tentaretur, & nec a viro



¶ Præ. Tentatio primorum parentum fuit p suggestionem: potest autem diabolus etiam suggerere homini absque aliqua exteriori sensibili creatura. Cum ergo primi parentes essent spirituali mente præditi, minus sensibilibus quam intelligibilibus inhaerentes, conuenientius fuisse, q̄ solum spirituali tentatione homo tentaretur, quam exteriori.

¶ Præ. Non potest conuenienter aliquis malum suggerere, nisi per aliquod apparens bonū: sed multa alia animalia habent maiorem apparētiam boni, quam serpens. non ergo cōuenienter tentatus fuit homo a diabolo per serpentem.

¶ Præ. Serpens est animal irrationale: sed animal irrationali non competit sapientia, nec locutio, nec pena. ergo inconuenienter inducitur serpens esse callidior cunctis animalibus, vel prudentissimus omnium bestiarum, secundum aliam translationem. Inconuenienter etiam inducitur fuisse mulieri locutus, & a Deo punitus.

SED CONTRA est, q̄ id q̄ est primū in aliquo genere, dē esse proportionatū his, quæ in eodē genere cōsequitur: sed in quolibet genere peccati inuenitur ordo primæ tērationis, in quātū videlicet p̄cedit in sensualitate, quæ p̄ serpentē signatur, peccati cōcupiscentia: in rōne inferiori, quæ signatur per mulierē, delectatio: in rōne superiori, quæ signatur per virum, consēsus peccati, vt Aug. dicit 12. de Tri.\* ergo congruus fuit ordo primæ tentationis.

RESPON. Dicendū, q̄ homo cōpositus est ex duplici natura, intellectuā scilicet, & sensitua: & ideo diabolus in tēratione hominis vsus est incitamento ad peccādum dupliciter. Vno modo, ex parte intellectus, in quantum promissū diuinitatis similitudinē per scientiā adeptionem, quam homo naturaliter desiderat. Alio modo, ex parte sensus, & sic vsus est his sensibilibus rebus, quæ maximam habent affinitatem ad hominem, partim quidem in eadem specie tentans virum per mulierem, partim verō in eodem genere tentans mulierem per serpentem, partim vero ex genere propinquum proponens pomum ligni vetiti ad edendum.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ in actū tērationis diabolus erat sicut principale agēs, sed mulier affumebatur quasi instrū tentationis ad deiciendū virū, tū quia mulier erat infirmior viro, vnde magis seduci poterat: tū ēr p̄ coniunctionē eius ad virum maximē per eam diabolus poterat virum seducere. Non tñ est eadem ratio principalis agentis, & instrūmenti. Nam principale agens oportet esse potius, q̄ non requiritur in agente instrumentali.

AD SECVNDVM dicendū, q̄ suggestio, qua spiritalia liter diabolus homini aliquid suggerit, ostendit diaboli plus habere potestatis in homine, q̄ suggestio exterior: quia per suggestionem interiorē immutatur a diabolo, saltē homini phantasia, sed p̄ suggestionem exteriorē immutatur sola exterior creatura. Diabolus enim minimum potestatis habebat in homine ante peccatū: & ideo nō potuit cum interiori suggestionē, sed solum exteriori tentare.

AD TERTIVM dicēdum, q̄ sicut Aug. dicit 11. sup. Genes. ad literā, \* non debemus opinari, q̄ serpentē sibi, per quem tentaret, diabolus eligeret. Sed cum esset in illo decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit, per quod posse permissus est.

AD QVARTVM dicēdū, q̄ sicut Aug. dicit 11. sup. Genes. ad literā, serpens dīctus est sapiens, vel callidus, siue prudens, pp̄ astutiā diaboli, quæ in illo age-

bat dolū. Sicut dī prudens, uel astuta lingua, quæ prudens, uel astutus mouet ad aliquid prudēter, uel astute suadendum. Neque etiam serpens verborum sonos intelligebat, qui ex illo fiebant ad mulierem. Neque enim conuersa credenda est anima eius in naturam rationalem: quandoquidem nec ipsi homines, quorum rationalis natura est, cum dæmon in eis loquitur, sciunt quid loquantur. Sic ergo locutus est serpens homini, sicut asina in qua sedebat Baalā propheta, locuta est homini, nisi q̄ id fuit opus diabolicum, hoc angelicum. Vnde serpens non est interrogatus, cur hoc fecerit: quia non in sua natura ipse hoc fecerat, sed diabolus in illo, qui iam ex peccato suo igni destinatus fuerat sempiterno. Quod autem serpenti dicitur, ad eum qui per serpentē ope-

ratuS est, refertur. Et sicut Aug. dicit in libro\* super Genes. contra Manichæos. Nunc quidem eius pœna, scilicet diaboli, dicitur, qua nobis cauendus est, non ea quæ ultimo iudicio reseruat. Per hoc enim, quod ei dicitur. Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ, pecora illi præponuntur non in potestate, sed in conseruatione naturæ suæ: quia pecora non amiserunt beatitudinem aliquam cœlestem, quam nunquam habuerunt, sed in sua natura quam acceperunt, peragunt uitā. Dī etiam ei:

Pectore & ventre repest, fm̄ aliam literam. Vbi nomine pectoris significatur superbia, quia ibi dominatur impetus animæ: noīe autem ventris significat carnale desiderium, quia hæc pars mollior sentitur in corpore: his autem rebus serpit ad eos quos vult decipere. Quod autem dicitur: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, duobus modis intelligi pōt, vel ad te pertinebunt quos terrena cupiditate deciperis, id est, peccatores, qui terræ nomine significatur: uel tertium genus tentatiōis, id est, cupiditatis, his verbis figuratur, quod est curiositas. Terram, n. qui manducat, profunda & tenebrosa penetrat. Per hoc autem quod inimicitia ponuntur inter ipsum & mulierem, ostenditur nos non posse a diabolo tentari, nisi per illam animale partem, quæ quasi mulieris imaginem in homine gerit, siue ostendit. Semen autem diaboli est peruersa suggestio: semen mulieris, fructus boni operis, quod peruersæ suggestioni resistit. Et ideo obseruat serpens plantam mulieris, ut si quando in illicita labitur, delectatio illam capiat: & illa obseruat caput eius, ut eum in ipso initio malæ suasionis excludat.

Lib. 3. ca. 17. in medio. como 1.

QVAESTIO CLXVI.

De Studiofate, in duos articulos diuisa.

**P**OSTEA considerandum est de studiofate, & curiositate sibi opposita.

**E** CIRCA studiofatem autem quæruntur duo

¶ Primo, Quæ sit materia studiofatis.

¶ Secundo, Vtrum sit pars temperantiz.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum materia studiofatis sit proprie cognitio.

**A**D PRIMVM sic proceditur Videtur, q̄ materia studio-

¶ Super Questionem 166 & 167.

**I**N question. duabus simul scilicet 166. & 167. de studiofate & curiositate, duo dubia occurrunt. Primum, de subiecto studiofatis, & curiositatis, an sit appetitus superior, qui est uoluntas: an appetitus inferior, qui est concupisibilis & irascibilis. Et ratio dabit est, quia ex parte materie apparet, quod in uoluntate sunt subiectiue: quia cognoscere, (quod materia est utriusque) non arctatur ad cognitionem sensitiuam

Supr. q. 160. art. 2. cor. & infr. q. 167. artic. 1. cor.